




**Christianissimi VVittenbergensis gymnasij, multarum
Disputationu[m] paradoxa & plane enigmata in Papistica illa
mendacijs confusissima Ecclesia : uulgaria uero uerae Christi
Ecclesiae pronunciata. Atq[ue] ex his lector iudicabis, quid
agatur in uere Christiana schola, quam haeretica sit Lutecia, &
omnes filiae eius**

<https://hdl.handle.net/1874/428922>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


F. qu.

102











Quarto n°. 102.

bilem. Quicquid in me sic die scriptum flammam deuenire exiit
fluent aque tuus. Hoc autem dixit de spiritu quo accepimus erant
precedentes mei. Domine concurrete et eripe animam meam. salutem
me fac propter misericordiam tuam. Ut dominus
noster. Iesu Christi. Regnus eius. regnus eius. regnum eius. Miserere mihi domine quoniam
infirmus sum saname domine quoniam amorem et dilectionem et
concedo nobis domine dominum hunc hostia salutaris. Secundum
et in mortuorum purgatio delictorum et tuus propitiatio maiestatis. Et
tertius Te suppliciter exorare ut sic sufficientem manum et rem sibi
quo cunctiorum nobis peccatorum puemus indulgencia. Quartus
super primu[m] quatuor unigeniti tui passione. honorum tubi operi pla-

Universiteetsbibliotheek

Utrecht





Qui mīlerū in lacū Leonū & erat ibis dict. Amoenū lacuerant

N. 14. C.

CHRISTIANISSI

MI VVIT TEN BERGENSIS GYMNA

ſi, multarum Disputationū paradoxa & plane enigmata in
Papistica illa mendacis confusissima Ecclesia vulgaria
uero uera Christi Ecclesiae pronuntiata. Atq; ex his
lector iudicabis, quid agatur in uere Christia-
na schola, quāq; hæretica sit Lutecia, &
omnes filii eius.

A V C T O R E S S V N T,


Martinus Lutherus.

Andreas Carolostadius.

Philippus Melanchthon, &c.



Ex donatione Hab. a Bucel.



DISPV TATIONES

D. MARTINI LUTHERI.

P R I M A.

1. **S**acramenta gratiæ, Christi pallione & morte uirtutem esse sortita, concedimus.
2. **S**ed non esse talia, nisi in nouo testamēto, nec statim post lapsum Adx fuisse, negamus.
3. **I**dem Christus, eademq; fides, ab Abel in finē mundi per uaria secula, regnauit in electis.
4. **S**ed alia & alia eiusdē Christi & fidei signa fuerunt, quæ uere sacramenta gratiæ dicuntur.
5. **N**on ergo mutatæ circūcisionis aut oblationis in baptis-
mum, causa fuit gratiæ donatio.
6. **S**ed uoluntas sola dei, quæ pro diuersitate temporum &
hominum, diuersis signis gratiam suam contulit.
7. **N**eç enim sacramenta unquā gratiā aut remissionē pec-
catorum dederunt, sed sola fides sacramenti.
8. **S**acramenta ueteris legis, per quæ gratiā deus non dedit,
sola ceremonialia Aaronici sacerdotij fuerunt.
9. **H**æ enim iustitiæ carnis fuerunt, quibus fuit impossibile
auferrī peccata, sicut nec per nostras ceremonias.

C A L I A.

1. **L**ex baptismi carnis, Iohānes baptismi pœnitentiae, Chri-
stus baptismi gratiæ habet.
2. **S**olis Christi baptismi sacramentum est, propter uerbū,
quod in illo, & non in alijs operatur.
3. **B**aptisma legis, membra, uestes, uasa lauabat, figurāte spi-
ritu exteriorem operum sanctitatem & legis uelamen.

a ij

- 4 Baptisma Iohannis, reuelata facie legis, omnes peccato immergit, & gratia auidos facit.
- 5 Baptisma Christi, peccato mersos & auidos gratia, educit iustificatos, & nouas creatureas facit.
- 6 Ut baptisma legis poenitentiam non prestabat, sed magis presumptionem, donec in baptisma Iohannis desinebat.
- 7 Ita Iohannis baptisma gratiam non prestabat, sed magis desperationem, donec ad baptisma Christi pertingebat.
- 8 Nihil repugnat Christi baptismati pertinacius quam baptisma legis, & nihil prouius cedit quam baptisma Iohannis.
- 9 Non tantum propter usum baptisandi in Christo futurum Iohannes baptisabat.
- 10 Sed ut tam officio proprio, quam mysterio occidentis literarum humiliatos ad Christum prepararet.
- 11 Videlur Christus baptisma Iohannis non euacuisse, sed, addito uerbo uitae seu promissionis, perfecisse.
- 12 Ob quam causam baptisati a Iohanne, denuo baptisandi fuerunt baptismate Christi.

Alia Disputatio, presidente Luthero.

- 1 Errant Ecclesiarum prepositi, dum per excommunicacionem, vindictam sui & sua querunt.
- 2 Excommunicationis uirga, lugentium humilitate infligi debet, non sequentium pastorum fastu & superbia.
- 3 Nec satis est, si in re contra dominum, formoso scribatur titulo, In domino mandamus atque requiri mus.
- 4 Criminosum in carnis interitum tradiri iussit Apostolus, ut spiritus seruare, igitur male sentiunt, qui per excommunicationem, diabolo animam tradi putant.
- 5 Carnis intetitus, in poenitudine & per resipiscientiam fit, ad profectum spiritus, & interioris hois innovationem.

- 3.
- 6 **D**einde nec fraternal ab eo separauit charitatē Aposto-
lus, quem de congregatiōne p̄cepit separari.
 - 7 **E**xcomunicandus propter animi malitiā, & criminā pu-
blica, anteç̄ uisibiliter excōicetur, iā praecisus est.
 - 8 **Q**uocirca excomunicatio externa, signum duntaxat est
excomunicationis interioris.
 - 9 **E**xcoicatio externa non est efficax & infallibile signū in
terioris excoicationis, sed s̄p̄ fallacissimū signū.
 - 10 **I**n iusta excoicatio externe excomunicato nō nocet, sed
soli excoicanti, & eidem consentientibus.

Alia, sub pr̄sidio Lutheri habita.

V. Opera faciant ad iustificationem?

- 1 **V**t nihil iustificat nisi fides, ita nihil peccat nisi increduli-
- 2 **I**ustificatio propria est fidei quarto modo, sicut & (tas,
peccatum incredulitatis).
- 3 **F**ides, nisi sit sine ullis, etiam minimis, operibus, non iusti-
ficit, immo non est fides.
- 4 **I**mpossibile est, fidem esse sine assiduis, multis & ma-
gnis operibus.
- 5 **N**ec opera, post iustificationem facta, iustificant, licet uo-
centur iustitiae in scriptura.
- 6 **N**ec opera ante iustificationem facta, reum faciunt, licet
uocentur peccata in script.
- 7 **N**atus ex deo non peccat, nec potest peccare.
- 8 **Q**ui dixerit se nō peccare, mēdax ē, & ueritas in eo nō ē.
- 9 **Q**uantum faciunt ad substantiam arboris fructus, tantū
faciunt ad iustificationem & reatum opera.
- 10 **S**i in fide fieri posset adulteriū, peccatum non esset.
- 11 **S**i in incredulitate adores dei, actū idololatriæ ppetrabis,
- 12 **F**unditus perdit fides, tam operum bonorum fidutiā, c̄p̄

malorum desperationem.

- 13 Fides minuit conscientiam in peccatis, & auget conscientiam in meritis.
- 14 Nisi nos oēs mendaces simus, deus uerax esse non pōt.
- 15 Nullorum incredulitas ueritatem dei euacuat.
- 16 Iniquitas nostra iustitiam dei commendat, & tamen iustus est uindex iniquitatis.
- 17 Veritas dei abundat in nostro mendacio in gloriā eius, & tamen merito ut peccatores iudicamur.
- 18 Liceat facienda non sint mala ut ueniant bona:
- 19 Facta tamen sunt & fiunt mala, ut ueniant bona.
- 20 Non fides aut iustitia ex operibus, sed opera ex fide & iustitia ueniunt.

PHILIPPI MELANCH. Themata circularia.

- 1 Iustificationis principium est per fidem.
- 2 Fidei, charitas opus est.
- 3 Fictitiū est, de formata & informi fide, discrimin.
- 4 Nā informis fides, quā uocat, nō est fides, sed fallax op̄i.
- 5 Necessario enim fidem charitas sequitur. (nō).
- 6 Dei opera sunt, non naturæ, Fides & Charitas.
- 7 Siquidē sabbati & absoluta libertas, christianismus est.
- 8 Consequitur, nō esse pœnitentia partē, satisfactionem.
- 9 Consequitur item, nullum esse in Christianismo externum sacrificium.
- 10 Ergo Missa non est sacrificium.
- 11 Nec eiusmodi opus est Missa, cuius fructus in alterum uulgarī possit.
- 12 Perinde atq; baptismus non prodest nisi ei qui lauatur, nec missa prodest nisi uescenti.
- 13 Sicut enim baptismus, ita & Missa sacramentale signum

- 8.
- est, quo dñs testat remissionē peccatoris donatā esse.
- 14 **Q**uia summa iustificationis nostræ fides est, nullū opus
meritorium dicit potest.
- 15 **A**d eoq; omnia hominum opera sunt uere peccata.
- 16 **S**i quidem pariter omnibus Christianis claves datæ sunt,
non potest Petri primatus iure diuino adseri.
- 17 **Q**uam finxit Aristoteles beatitudinis formā, ea nō mo-
do cum Christiana doctrina, sed ne cum cōmuni qui-
dem hominum sensu conuenit.
- 18 **S**atius ergo erat beatitudinis, & similiū locorum ratio-
nem e sacrī literis, adeoq; e fontibus petere, q; ex in-
doctis uanissimi Sophistæ nugis.

CDisputatio circularis N.A.

- 1 **M**issa neminem sanctificat aut iustum facit, nec a pecca-
tis liberat.
- 2 **I**gitur missa nō est sacrificium, sed signum ueri sacrificij.
- 3 **Q**uod fidem exercet & charitatem auget.
- 4 **N**ullū prorsus amplius est sacrificiū apud Christianos.
- 5 **N**isi unicū spiritū, quo corpora nostra exhibeamus deo.
- 6 **H**ostiam sanctam, uiuentem, & deo placentem.
- 7 **Q**uod est cor contritum & humiliatum, non obediens
concupiscentijs suis.
- 8 **H**oc est sacrificium laudis & iustitiae omni hora deo of-
ferendum.
- 9 **M**issa, etiam sancti & iusti sacerdotis, nulli alteri pdest.
- 10 **O**rationes uero in Missa omnibus fidelibus profundunt, ue-
lit, nolit.
- 11 **I**mpij autem & peccatoris missa, cum orationibus suis,
blasphemium est & peccatum.

C Disputatio Dolschi.

Cum necesse sit, omnia quæ in scriptura continetur, fieri,
Hinc de subiectarum ueritate nulli Christiano prorsus li-
cet dubitare.

Primo em̄ inter se h̄z dux nō pugnāt, sicut nec sequētes.
Non resurgent imp̄j in iudicio. Item, Homo cum dormierit
non resurget. Psal.1, Job.14.

Oes quidē resurgemus, sed nō oēs immutabimur. 1. Cor.15.

C Secundo.

Quis similis erit deo inter filios dei? Psal.88.

Cum apparuerit, similes ei erimus.

C Tertio.

Deum nemo unq̄ uidit. 1. Ioan.4.

Vidi dominū facie ad faciem. Geñ.42.

C Quarto.

Ego deus uisitans iniūquitatem patrum in filios, in tertiam &
quartam generationem eorum. Exo.20.

Filius non portat iniūquitatem patris, sed anima quæ peccau-
rit ipsa morietur. Ezech.18.

C Quinto.

Satiabor cum apparuerit gloria tua. psal.16.

In quem angelī desiderant uidere. 1. Pe.1.

C Sexto.

In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. Psal.118.

Quoniam inscrutabilia sunt iudicia eius. Rom.11.

C Septimo.

Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominib⁹,
ut uideamini ab eis. Matth.6.

Videant opera uestra bona. Matth.5.

C Octauo.

Iniquos odio habui. Psal.118.

Benedicite eos qui uos persequuntur. ad Ro.12.

Nono

C Nono.

- S.**
- Qui ergo nouerit uarios scripturæ tropos, eiusdēq; affectus,
mentis oculo cernere,
Is alios quoq; locos, sed m̄ literæ corticem pugnantes, ad spi
ritus unitatem potest reducere.
Vt sic sacræ ædificationis discors compago coharet.

C DISPUTATIONES AND. CAROLOST.

- 1 **Q**uia in Christo benedicuntur oēs cognationes terræ, Cō
sequitur oēs cognatiōes terræ natura maledictas esse.
- 2 **O**mne ergo hominīs opus, omnis humana iustitia, uirib⁹
naturæ parta, peccatum est.
- 3 **M**aledictionē sustulit Christus, factus p̄ nobis maledictū.
- 4 **I**ustitia itaq; credentibus Christus est.
- 5 **S**atisfactio, cuius usus est in Ecclesia, non est pars poenit
tentia, iure diuino.
- 6 **S**ed satisfactio uulgata, est instituta ab episcopis pro exer
cendis rudibus.
- 7 **P**roinde impie onerant quidā satisfactorijs operibus ad
flictas conscientias, alieni ab exemplo Christi, qui li
num fumigans non extinguit, & arundinem quassa
tam non confringit.

C A L I A.

- 1 **M**aldense Concilium perperam errauit.
- 2 **I**dem Conciliū excōicationē ipso facto incurrit, quod in
causis spiritualibus Canonū statuta uoluit obseruari.
- 3 **A**lexander quartus, & omnes post eum pontifices Rho
mani, anathemate se per suas decretales percusserunt
ab anno. 146. usq; ad. 1521. nunc præsentem.

b

- 4 **S**equitur ergo, q̄ Leo. X. excōicare non pōt, quia iuxta suas cōstitutiones, excōicatus non potest excōicare.
- 5 **I**tem, q̄ de causis spiritualibus uelut arbiter & iudex admitti non debet.
- 6 **V**erba sunt lat̄ sententiae, Anathema sit qui pr̄ater id qđ docuimus, pr̄edicauerit. Gal. 1.
- 7 **E**rgo ipso iure excommunicatus est, qui spiritualia negotia humanis traditionibus metitur.
- 8 **E**tiam si legem dei resipiant.
- 9 **I**gitur tollendae sunt pontificiae decretales.
- 10 **S**i Ro. pontifex deiurat se diuinā legē & decreta pontificia custoditurum, difficile a periuorio defendi potest.

C A L I A:

- 1 **O**rationes defunctorū animas non liberāt, sicut nec opa.
- 2 **S**icut absq̄ operibus arbitramur iustificari īpium, Ita absq̄ oratione.
- 3 **Q**uemadmodum mea oratio, & mea opera mihi prodesse non possunt, Ita nec alijs meus labor conducit.
- 4 **F**ides tua nedum te, sed alios itidem saluos facit.
- 5 **N**on tamen fides salutem tribuit, sed is cui cōreditur infirmitas, & a quo petitur salus.
- 6 **F**ides nostra sicut mortuos spiritu uiuiscare pōt, ita corpore solutos, incredulos īquam lucratur.
- 7 **N**ihil ualet uspiā sacramentū pr̄eter fidē, p̄inde fides ut potissima sacramentorum uis, pro alijs credit, ita pro alijs baptisatur.

C Alia A.B. C.D.

- 1 **S**icut uiduas reīscimus iuniores, sic monachos & iuuenes presbyteros cœlibes.

- 2 **N**ō sūt ad sacros ordines ij uocādi, qui cōfugia nescierūt.
- 3 **R**eligiosi possunt, si uehementer uruntur, uxores ducere.
- 4 **P**eccant aut̄, quia primam fidem perfringunt.
- 5 **M**aius tamen malum incontinentis admittit, qui iustus (ut cum Paulo loquar) peccat, q̄ qui ducit uxorem.
- 6 **S**acerdotes autem etenim castitatem promittentes, qua fra gilitas permittit, possunt absq; peccato, si uolūt, matri monijs sese iungere.
- 7 **D**eberent episcopi sacerdotes concubinarios ad contratum matrimonij cogere.

C A L I A.

De sacramento panis, & eius promissione.

- 1 **S**icut panis sacramentum solis peccatoribus est institutū:
- 2 **S**ic soli peccatores digne panem edunt.
- 3 **S**icuti cordatus quisq; certus est, an cogitet uel ocietur.
- 4 **I**ta unus quilibet (mensa domini accumbens) certus est, num digne uel indigne sumat.
- 5 **S**icut nemo ignorat, an credat uel diffidat pmissioni (cui panis ē signū) sic nullū ambigit an reuerēter māducet.
- 6 **Q**uēadmodū nullus in diuinā requiē uenit, nisi credat, absq; operibus, pmissioni.
- 7 **S**ic nulli pax Christi, & uerus sabbatismus cōtingit, quē hoc sacramentū parit, nisi sola fide adgrediatur.
- 8 **R**euerentia (quā ob honorem sacramenti pontificum error peperit) p̄ctōres a sacramenti cōmunione deterret.
- 9 **A**t dei uerbū, conscientiā peccatorū & infirmitatis sentiētes erigit, inuitat & impellit, q̄ cupiāt ardenter & currāt celerius ad panē uiuū, de cœlo demissum, ut 'pecca
- 10 **N**emo digne capit sacramentū carnis (tis medeatur. & sanguinis filij dei, nisi is qui scit se digne capere.
- 11 **I**n sacramento carnis & sanguinis duo sunt, scilicet signū

- & promissio, sed & potius est signo fœdus uerborū.
- 12 **V**eluti prouerbi huius, Dominus in monte uidet, uerbū maius monte duxit posteritas.
- 13 **S**ignum est propter recordationem testamenti uel promissionis iustitiae.
- 14 **C**aro signum est propter iustificationem.
- 15 **S**icut caro nō prodest, sic nec promissio, nisi sermoni iungatur fides, ergo promissio non iustificat.
- 16 **F**ortasse plures hoc, Christus factus est nobis iustitia, trāctauerunt, q̄ intellexerunt.

C D E V O T I S.

- 17 **M**ulieres sub potestate uel patrū uel maritorū, posita, possunt uouere, sed nihil implere, citra auctoris uelta citum assensum.
- 18 **V**ir aut maritus, absq; delicto, ius habet, uel confirmādi, uel dissoluendi uota a mulieribus elata.
- 19 **M**ulier semper peccat, si uotū implet ignorante viro.
- 20 **N**unc cū om̄es simus mulieres, uni viro despontata, nihil possimus (q̄d scimus Christo placitū) uouere.
- 21 **I**d autem non pauci needum sunt assecuti, peccāt igitur promissa adimplentes.
- 22 **O**pinamur uota omnia suspendenda esse, donec prouinciarit super eis uir, talis, quale depinxit, qui dixit, Vi das iuniores rejice.
- 23 **O**pinarer professionis uota, monachorū, 60. annis minore nulla, ad id coact⁹ scripturæ fortitudine atq; phras.
- 24 **A**t obſistere uidetur Paulus, dicens, quia (si & filo. primam fidem reiecerunt, i. Timot. 5.
- ### **C D E Confessione delictorum.**
- 25 **C**onfessio peccatorum (quam extorserūt pontifices) nō est de iure biblico, quod solum est diuinum.
- 26 **P**otest quis confiteri quæ & q̄t uoluerit peccata, etiā sin-

A.

gula nulla, & nihilominus absolutionem petere, si se sacerdoti ostendat.

- 27 P̄t̄f̄x Romanus neq; se legi ueteri, neq; nouæ coapta uit, decretalem, Omnis utriusq; sexus, adens.
- 28 Fateor, erant signa quædam, quæ iñ qui sua peccata sacerdotibus confitebantur, afferebant in signum, tamē nō erant certa, neq; manifestauerunt peccati genus.
- 29 Extra casum necessitatis (permittente Euangeliō) possimus laicis confiteri, & ab eis iure diuino absoluī.
- 30 Id autem iuriis pontifex Rhom̄, ad paucos cucullatos cōtraxit, ut promptuarium haberet repositarum curarū, possetq; cordū abstrusos conatus cruere uel eblādīrī.
- 31 Qui prudens est, premeditetur, quæ, quotue cōfiteatur, nouimus enim quibusdam medicinā in mortiferū uenēnū cōmutatam, eis ob confessa delicta enecatis.

C Alia eiusdem.

- 1 Auctoritas, Si recordatus fueris, quod frater tuus habeat aliquid aduersus te, reconciliare ei, non cogit ad manifestationē peccatorū quæ in ignorantē cōmittuntur.
- 2 Omnia pace sit dictum, opinor intellectū huius scripturae, Regnum cœlorum uim patitur, nondū esse datū.

C A L I A.

- 1 Christus non semper plenam sanitatem contulit.
- 2 Nugantur ergo Scholastici, contendentes deum perfecte semper sanare.
- 3 Mirum est, in hoc impensis laborasse Augustinum.
- 4 Licet dei opera sint perfecta.
- 5 Adflictio similiter medetur anima, nō tñ eam totā sanat.
- 6 Sic ambulat contra nos dñs, suis promissionibus non fi-

dētes, donec sentiamus peccata, & ea cōfiteamur illi;
7 Non est plene sanus quem peccata uexant.
8 Attamen pars sanitatis est peccatorum sensus.

C D E participibus mensx Domini.

- 9 Non sunt Bohemī, sed ueri Christihni, panem & poculum Christi sumentes.
10 Qui solo pane uescitur, mea sententia, peccat.
11 Satiusq; foret, si nullam, ut aiunt, speciem sumeret, quam unam tantum.
12 Quia neq; figuris ueterib⁹, neq; Christi instituto satisfit.
13 Sicut cōsecrans fit irregularis, ut cum Rom. pont. ineptiā, sacramentum panis & poculi diuidens.
14 Ita recipiens unam speciem irregularitatem incurrit.
15 Minus peccatum est, si uinum consecratū in humū defluat per imprudentiā, q; si cadat in cor incredulū.
16 Minus offendit meretrix adflicta, manducando carnem Christi, q; iust⁹ aliquis phariseus sux iusticæ cōscius.

C D E Delectu operum.

- 17 Prædicationi & auditioni uerbi dei omnia opera cedere debent.
18 Operibus erga proximū cedant orationes, cantatio presbyterorū, fanorū uisitatio, & reliquæ ceremoniæ.
19 Præpostorum ordinē faciētes ridet deus, & scriptura abiij
20 Peruersum autem ordinem obseruant Sacerdos (cittates, Monachi & Vestales uirgines.
21 Proinde, x. uirginibus, non habentes oleum in lampadibus conferuntur.
22 Deberent presbyteri primum docere aut bene tractare quoscunq; etiam infideles, atq; tum transacto negotio, si uacaret, ceremonijs incumbere,

8.

23 Ridendus est ergo pontifex, pharisaeorum princeps, qui
primum audet Scholasticos ad orationem prolixam
astringere, deinde sinere ut studeant.

34 Evidem uero suadeo cupidis literarum ante omnia re-
gnum dei querere in scriptura non suspecta.

C R I N I S.

**EXCVSAB ANNO DOMINI
M. D. XXI. MENSE
SEPTEMBRI.**

14812-18

Indicates question or problem or error or mark of
the editor that has been resolved or rebutted
and has caused the editor to change his
or her original position or conclusion.
It is also used to indicate that a question
or problem has been resolved or rebutted.

ANSWERED OR REBUTTED

REMOVED OR REVISED

REPLACED OR REVISED